

DISCORDIÆ
FORENSES
CIVILES ET CRIMINALES

In duos Tomos distributæ

AUCTORE


JOANNE CLERICATO
PRÆPOSITO PATAVINO J.U.D.

ET

BEATI GREGORII CARD. BARBADICI
EPISCOPI PATAVINI, AUDITORE,
ET VICARIO GENERALI.



TOMUS PRIMUS
EDITIO TERTIA.



VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.
MDCCLXVI.

Superiorum Permissu, ac Privilegiis.




A U C T O R

Lectori benevolo Salutem.



UM ad felicia tempora illa mentem volvo, in quibus Gens omnis
Exlex ingenitis naturæ principis imbuta, osculo justitiæ & pacis,
domibus atque agris, cunctisque terræ fructibus pari labore acqui-
sitis fruebatur, diesque largos trahebat; Miror sane, & obstupescō
a creatione Mundi quinquaginta circiter sæculis Caino viro impio
Duce, adeo invectas fuisse Discordias, Lites, Jurgia & Contentiones, ut ad
incolumitatem Generis humani, & ad tollendas statum hujus miseras, vitamque
hominum quieram, & beatam inventas fuisse Leges, omnibus in comperto sit;
eosque qui primum eiusmodi scita sanxerunt Populis ostendisse, ea se scriptu-
ros, atque laturos, quibus illi adscriptis, susceptisque honeste beateque viverent.
Cumque officium Principis sit præcipuum, ut Divinæ Leges, & Humanæ, quibus
continentur singulorum officia, sive erga Deum, sive erga Proximum populis
suis innotescant, & accuratissime servantur, non velut ex nudopœnæ metu, sed
ex intrinseca obligatione per ipsum jus naturale confirmata; hinc factum est ut
ad Divinas Leges assequendas Principes utantur ministerio Sacerdotum, quippe
qui a Sacrorum Jurium Legislatore D. O. M. constituti sint, ut regerent Ec-
clesiam suam, quam acquisivit sanguine suo; *Act. Apost. l. 2, c. 28.* ad Huma-
nas vero tuendas Cives Custodes diligentissimos creant, quorum esset officium,
eos qui Legibus parerent laudibus prosequi, nec minus honoribus; eos autem,
qui non parerent pœna mulctare. Cumque deceat prudentes magistratus *esse*
esse non porticus implere Legibus, sed efficere ut Cives animis instrum ha-
beant justitiæ studium: Philosophia enim Legem vult esse simplicem, brevem,
claram, qualia sunt Patrumfamilias in familiam suam imperia; ita ego in eden-
dis hinc Discordias Forensibus Romanorum scripta erudita sane, & sub Cæsari-
bus per duo fere sæcula magno studio elaborata evolvere, Veterum, Recentio-
rumque Monumenta sua luce velut radiantia perlustrare, saluti atque incolu-
mitati Gentium consulere, ab omnibus factionibus & coitionibus abstinere
meum esse putari: Pupillos, Viduas & Orphanos Divitibus non posthabui, ni-
hil falsi aut perniciosi edocui, omnesque sententias ad Societatem Civilem tur-
bandam directas fugi. Monita Platonis secutus plebem ab oppressionibus Po-
tentiorum protegi, Jus æque pauperi & humili, quam potenti & gratioso di-
xi, omnesque effectus sinceritatem judicii corrumpentes seposui. Ecquid ultra!
Ecclesiasticos & Sæculares, Episcopos & Vicarios, Judices, Capitula & Mona-
steria in mente habui. Fructuum divisionem limitavi, quotidianas distributiones
Anniversariorum, Funerarium & Quaresimarum aqua lance distribui. Sciens tan-
dem omnes non posse ex Juris Ecclesiastici, atque Civilis codicibus, ex vastis-
simis Conciliorum Tomis, ex innumeris Pontificum decretis, ex inmensis ju-
risprudentum voluminibus sententias omnes colligere, colectaque in ordinem re-
digere; ad comune bonum nullo parcens labori optimum esse duxi selectissi-
ma quæque ex illis decerpere, decerptaque in varias classes seu Discordias pro
vario rerum genere distribuere, distributa in certum methodum ordinemque re-
digere,



DISCORDIÆ FORENSES DE BENEFICIIS.

DISCORDIA I. ARGUMENTUM.

Agitur de famosa illa Controversia excitata per Ministros Datarie sub CLEMENTE PAPA IX. Anno 1669. Utrum Eminentissimus, ac Reverendissimus D. GREGORIUS Cardinalis BARBADICUS, Episcopus Patavinus, Vigore sui Indulti, posset conferre Canonicatus Ecclesie suae Cathedralis, vacantes in Mensibus Apostolicis Sedi reservatis: Negabant Datarie Ministri, facientes contra Eminentiam suam objecta quinque, quae hic recensita adstantur, ostendendo fortissimis rationibus, ac auctoritatibus, predictos Canonicatus esse in Indulto Cardinalitio comprehensos: Sed dispositionem Cardinalis Indultarii spectare: prout tandem statutum, & firmatum fuit in Congregatione ab eodem CLEMENTE PAPA IX. Roma specialiter deputata d. Anno 1669.

SUMMARIUM.

1. **A**lexander Papa VII. Indultum amplissimum concessit Emin. Cardinali Barbadoico conferendi beneficia.
2. Canonici Cathedralis Patavinae vacantes in quatuor Mensibus ordinantur conferantur a solo Capitulo.
3. Beneficia de Jure, vel consuetudine, aut aliter immutabiles spectantia ad Cardinales Episcopos sunt comprehensa in eju. Indulto.
4. Canonici Ecclesie Cathedralis de Jure spectant ad dispositionem Praecepti, nullum prout cum Capitulo.
5. Pertinere Verbum *reservatus* idem in possessione, quam in proprietate.
6. Quomodolibet disto comprehendit eamdem modum.
7. Papa in Indulto Cardinalium, circa beneficia, addit aliquid de novo, vel solam revocavit obsolecula reservationum.
8. Cardinales Inualtarum consuevit delegari Pope in conferendis beneficiis.
9. Cardinales Indultarii negligente in collatione beneficii decessit non ad Papam.
10. Indulta antiqua solam revocant reservationes.
11. Beneficia, quae ordinantur auctoritate Cardinalis Episcopi conferre non possunt.
12. Urbanus VIII. Constitutio circa Indulta Cardinalium pro beneficiis.
13. Beneficia sui generis, quae non comprehenduntur in Indulto Cardinalium.
14. Exceptio firmat Regulam in contrarium.
15. Canonici Ecclesie Cathedralis Patavinae semper fuerunt collati ab Episcopo Cardinalium Indultarii.

Tom. I. Pars I.

16. Observantia attenditur in quacunque lege interpretanda.
17. Statutum Capituli Patavini circa aptitudinem Canoniceatum.
18. Clementia ad tuam dispositionem &c. in Indulto Cardinalium ad se Superflua.
19. Gratia Principis intelligitur semper pro alterius injuria.
20. Beneficia plura, quae a Cardinalibus Indultariis conferri non possunt.
21. Reservationes beneficiorum ad futurum fieri non possunt carum Cardinali Episcopo Indultario.
22. Canoniceatum in collatione, quem facit Cardinales Indultarii, non agitur de praesudicio Capituli, sed solius Papae.
23. Datarie, qui scripserunt, Canoniceatus non esse comprehensus in Indulto Cardinalium Episcoporum.
24. Indulta moderna Cardinalium ampliora sunt antiquis.
25. Beneficia Jurisprudentum, seu de Mense non comprehenduntur in Indulto Cardinalium Ordinationum.
26. Cardinales Indulta non capiunt beneficia inferiorum collationem vacantis in quatuor Mensibus non reservationis.
27. Clement Papa VII. & Paulus Papa III. revocant Indulta Cardinalium ad sola beneficia quae auctoritate ordinaria conferantur.
28. Juxta conferendi Canoniceatus Ecclesie Cathedralis habentur regit in Episcopo.
29. Privilegium a Capitulis ut ageretur in conferendo Canoniceatus datur ad Episcopum.

EA est amplitudo Indulti per Sanctum Pontificem Alexandrum Septimum concessi Eminentissimo Cardinali Barbadoico Episcopo Patavino conferendi quacunque beneficia sine Diocesis vacantis etiam in mensibus Apostolicis, ut quilibet non licet, quin ejusdem Indulti vigore etiam Canoniceatus Ecclesie Cathedralis idem Eminentissimus in distis mensibus possit conferre, attenta maxime generali consuetudine, & communis observantia aliorum Indultariorum. Verum quia per Datarium inperpetuum enuncitur nonnulla objecta, quae videntur innuere, Canoniceatus ipse non comprehendendi in Indulto, & propterea eisdem conferri non posse a praesato Eminentissimo Cardinali Episcopo Indultario, ideo cum requiritur fuerim ab Eminentia sua, tanquam ejus Auditor, respondere pro veritate, ac respondere, An de Jure dicta objecta subsistant, continui, ea minime subsistere ex inscriptis rationibus, & auctoritatibus.

OBJECTUM PRIMUM.

Indulta Apostolica non caput Canoniceatus Ecclesie Cathedralis, quin concedis dispositionem beneficiorum spectantium ad collationem Ordinis, aut alios.

DISCORDIÆ
FORENSES
CIVILES ET CRIMINALES

In duos Tomos distributæ

AUCTORE


JOANNE CLERICATO
PRÆPOSITO PATAVINO J.U.D.

ET

BEATI GREGORII CARD. BARBADICI
EPISCOPI PATAVINI, AUDITORE,
ET VICARIO GENERALI.



TOMUS SECUNDUS
EDITIO TERTIA.



VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.
MDCCLXVI.

Superiorum Permissu, ac Privilegiis.

E L E N C H U S

M A T E R I A R U M,

De quibus agitur in his Discordiis Forensibus
Civilibus.

V I D E L I C E T

DE Testamentariis, ac Fideicommissariis Dispositionibus, & Substitutionibus. *A Discordia I. usque ad Discordiam XXX.*

De Clericorum Ordinationibus. *A Discordia XXXI. usque ad Discordiam XXXVI.*

De Matrimoniis, ac eorum impedimentis, & Dispensationibus. *A Discordia XXXVII. usque ad Discordiam LX.*

De variis, ac diversis Obligationibus, & Præensionibus, ac de Præcedentia Parochi in Funeribus. *A Discordia LXI. usque ad Discordiam LIX.*

De Feudis, Decimis, & aliis rebus Ecclesiasticis. *A Discordia LXX. usque ad Discordiam LXXXIII.*

De Livellis, Cambiis, Societatibus, ac aliis Civilibus Actionibus: Nec non de Episcoporum Potestate; & Canonicorum Obligatione. *A Discordia LXXXIV. usque ad Discordiam CII.*



DISCORDIÆ FORENSES DE REGULARIBUS.

DISCORDIA I.

ARGUMENTUM.

Regulares Professores utriusque sexus de Licentia ;
& ad nutum suorum Superiorum , peculium ,
ac annuos redditus habere posse , Sacram Can-
onicum , Canonissimum , Theologorum , ac
Rote Romanæ auctoritate demonstratur ,

S U M M A R I U M.

- 1 Regularibus non licet habere peculium , seu annuos redditus .
- 2 Statutum Paduanum libras decem per annum sibi petere concessis intrantibus Religiosis .
- 3 Religiosus professus censetur mortuus .
- 4 Religiosus potest habere usum pecuniarum sibi ante professionem reservatarum .
- 5 Religiosus Professor de Licentia Superioris potest bonis possidere .
- 6 Abbas permittente Monacho licet bona habere .
- 7 Abbas potest usufructum bonorum Monacho concedere .
- 8 Professus de Licentia Prælati possunt habere libros vestes , & pecunias .
- 9 Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 2. declaratio .
- 10 Religiosus tempore Professionis potest sibi reservare bona , que ad usum de Licentia sui Superioris .
- 11 Peculium pro suis necessitatibus non est prohibita Regularibus habere ad nutum Superiorum .
- 12 Vita Communis in Religione ubi servari non potest , concedendi sunt annui redditus Religiosis ad nutum Superioris .
- 13 Doctorum communis opinio dat verum sensum legibus .
- 14 Rote Romanæ consensus circa litium peculium Religiosorum .
- 15 Monachus est capax annui redditus ad usum cum Licentia Superioris .
- 16 Rote Romanæ opinio est omnia sequenda .
- 17 Constatum est , & Orbis ac Regularibus habere peculium ad nutum Superioris .
- 18 Observantia universalis est legitima legum interpretres .
- 19 Statuta Laicorum circa personas Regulares sunt ipsi jure nulla ex defectu potestatis .
- 20 Statutum censetur ablatum ex contrario usa .
- 21 Statuta Christiana Subditarum debent Regulari juxta Leges Principis .
- 22 Statutum manifeste injustum non est observandum .
- 23 Statuti Patrum circa peculium Regularium declaratio .
- 24 Substitutus heredi debet exequere ejus mortem naturalem , & non sufficit emitti per Religiosam Professionem .
- 25 Mort civilis non habetur pro naturali nisi in casibus a jure expressis .

Dij. For. Tom. II. Pars IV.

26 Regularis professor cur repetitur mortuus ?

27 Regularis Professor de Licentia sui Superioris quamque negotia bonis gerere potest .

Anno 1690. N. N. Avunculus suum ultimum condidit Testamentum , in quo heredem universalem instituit N. N. Nepotem , Filium scilicet luteris sue ; deinde Commissarium , ac executorem voluntatis sue nominavit N. N. amicum suum , cui pingue Legatum reliquit , & eundem substituit heredem in eadem hereditate post mortem prædicti Nepotis . Ille adivit hereditatem , eam tenuit , & multo ære alieno gravatam ; deinde Anno 1691. ingressus in Religionem R. R. PP. Predicatorum Ordinis Sancti Dominici ; & completis Anno Novitatus , antequam faceret Professionem , intra duos Menses , cum debitis licentiis a Sacro Tridentino Concilio sess. viginti-quarta de Regular. cap. 16. præscriptis , fecit & ipse suum Testamentum in quo , præter cætera , reservavit sibi redditus annuos inceditæ hereditatis Avunculi sui , expendendos in suis necessitatibus de contentis . & ad nutum Superioris sui Religiosis . Subsequentibus annis , facta jam Professione Religiosa , plures requirit Commissarium , & Executorem Testamentarium antea nominatum , ut rationem redderet administrationis illius hereditatis , & quiquid superesset ex redditibus annuis , detracto ære alieno , sibi consignaret ; ac ille semper assensu , nonnumquam extincta debita Avunculi , & nihil superesse . Tandem post annos viginti cunctis , eodem Religioso Nepote urgente ipsum Commissarium super præmissa sedenda ratione , & solutione provocatum hereditatis , negavit Commissarius utrumque facere ; asserens nullum jus , nullamque actionem competere ipsi Nepoti Religioso his tribus causis , & fundamentis .

Primo : quia nulli Regularium licet habere peculium , seu annuos redditus , vel bonorum stabiliam administrationem ex dispositione Sacrorum Canonum , quia hæc includunt proprietatem ; quæ essentialiter opponitur Voto Pœnitentiæ . cap. Nemo , cap. Nemo dicitur , 12. q. 2. cap. Abbatibus 18. quæst. 2. cap. Quante . de Offi. Ordin. cap. Joannes . de Regular. cap. Monachi . & in cap. cum ad Monasterium . de Statu Monachorum . Quis Canones innovavit , & observari precepit Concil. Trident. d. sess. 25. de Regular. cap. 2.

Secundo : quia hic Padus extat Statutum prohibens illis , qui ingrediuntur Religionem Regularium , removere sua bona præter libras decemtas , hæc enim loquitur sub Rubrica : Quibus licet augere bona in Padus , vel Paduanis Distributa , pag. 21. Quæcumque persona intraverit Monasterium , & se dedicaverit , non possit habere de suis bonis ultra libras decemtas ; prædictum vero dividatur inter suos prædictos , quibus de jure venisset ; nisi Testamentum fecisset ; quo casu bona ejus dividantur secundum quod ordinaverit , extinctis semper Monasteriis , & Religione , quod , seu quomodo intravit .

Tertio : quia prædictus Nepos , & heres Avunculi sui tanquam Religiosus Professor censetur mortuus . cap. Placuit si secundo , 16. quæst. 2. cap. Cum dilecta , & ibi Felin. num. 15. de Reservat. Innocent. in cap. Cum olim , 11. 2. de Privilegiis . Paginus in cap. cap.